Vibius Sequeſter p. m. 37. ubi hoc templum in 7 orbis terrarum miraculis ponit. 90) alium ſepulcri locum Icaro dat Pauſan. 9, 11. inſulam juxta Pergamum, tum quidem ſine nomine, quo, cum in mari periiſſet, aeſtu delatus erat. Sepelierat autem eum Hercules, qui forte in ea loca venerat, et Pauſaniae aetate cernebatur tumulus in promontorio, quod Aegaeo mari imminebat. Inſulam addit ab Icaro, ut ipſum mare, nomen accepiſſe. Palaephatus c. 13. tantum in illo mari periiſſe et a patre ſepultum eſſe narrat. Apollodor. 2, 6, 3. conſentit cum Pauſania, ſed nomen inſulae adfert Dolichen, quam inde Hercules Icariam adpellaverit. Doliche autem illi ante nomen fuiſſe, confirmant Geographi. 91) Hyginus fab. 223. Rhodi ſignum ſolis aeneum, id eſt, coloſſus altus pedibus 90. Plinius 34, 18. (6.) altitudinem illi dat 70 cubitorum vaſtamque ejus molem vivide deſcribit. Fuit et hic, ut templum Dianae, in 7 illis mira-

miraculis. At hoc Ch
opus terrae motu annis an
teſte Polybio 5, 88. corr
nisque aetate proſtratum j
fert 14. p. m. 449. (652.
34, 7. Iacuit, dum ad a
653. emtum aes mercator
gentorum camelorum do
vid. Zonaras Annal. 14,
lumna vero et quadriga
ſciam, alii narrant, imo 7
illi moli dat Philo et Plii
105 pedes, quot habet
noſter. Igitur columna
lam molem, quae quaſi c
bat, pertinere videtur.
la ſoli erat ſacrata, ut ad

ignum Iovis Olympii aereum, faies ex auro, quem fecit Phidias 1) in cubitis CL. et lata cubitis LX. Domus

ex ebore et auro, uti ex ejus descriptione discitur apud Pausan. 5, 11. Et sic alia ex ebore fecerat, ut Minervam. Feruntur tamen etiam aliqua ejus opera ex aere, in quibus maxime laudatur Minerva. vid. Plin. 34, 19. (8.) Celebratur etiam passim apud Plinium et alios aes Cyprium et Cypri aeraria e fornaces. Fuerunt porro Iovis simulacra apud Athenienses, Spartanos — et ἄγαλμα χαλκῦν Iovis stabat in Piraeo teste Pausania 1, 1. p. m. 3. De Iove autem Olympio hoc in Cypro nihil adhuc succurrit, et licet esse possit, justam tamen dubitationem movet adjectum nomen Phidiae, vel auctor memoriae suae male confisus omnia turbavit. 94) pleonastice adjicitur. Sed pro eo videtur legendum altum, uti post latum, ut referatur ad quem sc. Iovem. Altitudinem tamen illi tribuit aliquanto minorem, nempe 60 pedum, Hyginus fab. 223. et tantum 36. auctor de incredibilibus cap. 2. De Eleo quidem illi

illi love. 95) imo Ecbatan
nus fab. 223. Domus Cy
in Ecbatanis, quam f
mnon lapidibus varii
didis, vinctis auro.
Consentit iisdem fere ver
Sequester p. m. 38. Tantu
gellis dicit variis. Re
et alii ibi commemorant. H
98. a Dejoce Medorum rege
tam esse refert. Si vetere
consulas, ad Susa potius per
enim βασιλήϊα τὰ Μεμνόνεια
ibi commemorat Herodot. 5
urbs Memnonia dicitur ab
nat. anim. 13, 18. et in Pau
Μεμνόνεια ἐν Σούσοις τείχη
Ceterum omnino celebratur
Ἐκβατάνοις μεγαλυφγία ab
1 et vividius declarat Po

coloribus, et innumerabiles lanceae ferreae, feneſtrae ex argento, et tegulae ex lapide 97) praſino. Murus intus 98) medio Babyloniae, quem 99) Memnon aedificavit 100) lapide coćto,

lybio 10, 24. (10, 27.) ubi luculenter illius regiae ſplendorem deſcripſit, interpretari malis: auro tectis, ornatis. Sed quid lanceae hic velint, non intelligo. In Polybio commemorantur χρυσαῖ λεπίδες. Hic praeterea ferreae. 97) qui color ex praſina agitatorum factione ſub imperatoribus innotuit. vid. Sueton. in Calig. 56. et Nerone 22. 98) ſtructura nec antiquis plane inſolita. 99) contra alii tribuunt Semiramidi. 100) Munckerus ad Hygin. fab. 223. mavult: latere. Atque id priſcis hominibus in ea etiam regione in uſu omnino fuiſſe docet non ſolum, quod Herodotus 1, 186. narrat, Nitocrin, Babyloniae etiam reginam, dioryga Euphratis πλίνθοισι ὀπτῇσι muniiſſe, ſed, quod potius eſt, multorum auctorum de his muris teſtimonia. Sic Graeci hic commemorant ὀπτὰς πλίνθους, ut Diodor. Sic. 2, 7. Philo c. l. et in primis Herodotus 1, 179. ubi factum adparatum

deſcri-

deſcribit. Nempe terram ſtam ἐπλίνθευον — ἑλκύ θυς ἱκανὰς, ἔπτησαν αὐ νοισι. Ex Latinis etiam Hygin. c. l. Vibius c. l Var. lect. 7, 25. — la Curtius 5, 1. laterc 101) male de rerum di continua. Alias gloſſae dunt illa verba, hic ſ ſunt. 102) ſulfur etiam Caſſiodorus c. l. cujus vinciendo ferro ſaxoque ta eſt. Alii iique ple (ἄσφαλτον) adhibitum in iis Herodotus, Dio Philo, Curtius, Iuſtinus docti viri. Ejus autem naturam ait Plinius 35, Muncherus c. l. legit ſi

XX, altus cubitis CXXX, cingitur nillia passuum XXX. Hunc coepit 05) Semiramis, filius ejus perfecit.

digitis mensura ampliore, quam nostra. Plinium referunt Solinus 60. (56.) Martianus Capella lib. 6. p. 225. (Grot.) Ita vero parum discrepant a nostro. Cubitus enim pede et semipede constabat. Pes vulgo in Asia usitatus habebat 16 digitos, Babylonius sive regius tribus digitis amplior, 19 digitos. Si lubet et copia datur, consule Salmasium in Solinum c. l. p. m. 871. 105) qui igitur Memnon aedificavit? Si aedificavit est perfecit, etsi plures habuisse dicitur filios, nemo tamen Memnonem in iis memorat. Si nominis similitudinem sequaris, ad Ninyam referre possis, qui illi in regno etiam successit. At segnis hic et libidinosus homo de muris vix cogitavit, nec manum admovisse legitur. Miscet igitur, aut recondita ex aliquo et obscura decerpsit. Ceterum Herodotus 1, 184. multos Babyloniae reges fuisse refert, qui muros et templa ornarint, et in iis duas feminas, Semiramidem et Nitocrin (ω). Ipsa autem urbs, cujus originem multi Semiramidi adscribunt, Belum auctorem habuisse vide-

videtur ex aliorum narrationibu
tamen, ut hic arcem primum,
de Carthagine, Athenis, Thebis,
notatur, exſtrueret, unde urbs ſi
nita amplius eſt. Quod qui fec
ipſas urbes condidiſſe diceb
Coepit autem pro cepit,
Dukero debetur, ex ed. 1. rev
106) quis? Apud veteres auctore
memorantur Cheops, Moeris,
mnis. Excidiſſe tale nomen vi
107) quod verum nomen ſit ig
Apud Pſophidios juxta Erymar
fluvium in hujus aede Nili ſimul
fuiſſe refert Pauſanias 8, 24. fin.
nigro lapide illud. Imaginem
exhibent numi, Alexandriae in

gno, cujus adſpectu et beſtiae terrentur. Athenis ſignum [110]) Iovis Olympii,

ex praeponi rectius debebat. 110) videtur adtingere ſignum coloſſea forma, quod Hadrianus imperator poſuit in templo Athenis in honorem Iovis Olympii exſtructo et dedicato, uti narrant Pauſanias 1, 18. in. cf. 2, 27. in. Spartianus in Hadriano cap. 13. Vetuſtiſſimum quidem erat illud templum, cujus meminit Thucydides 2, 15. Poſtea vero deſtructum inſtaurare multi vario ſucceſſu tentaverunt. Sulla inde Capitolinis aedibus advexerat columnas teſte Plinio 36, 5. (6) Reges amici atque ſocii P. R. perficere communi ſumtu deſtinaverant genioque Auguſti dedicare, ſecundum Sueton. in Aug. cap. 60. Inchoatum maxime laudat Livius 41, 21. Tandem Hadrianus perfecit (ἐξεποίησε, uti ait Dio Caſſius 69, 16.) Hiſtoriam templi contexuit Meurſius in Athenis Atticis 1, 10. 111) hinc in Alexandriae numis varie repraeſentatur, veluti capite barbato, humi ſedens, aut in rupe, decumbens, uti pluribus exemplis docuit Raſche in Lex. rei numariae veteris T. 3. P. 1. p. 1531. ſeq. Imaginem ejus deſcriptam *habes in* Philoſtrati Icon. 1, 5.

cum

eum qua conferendus eſt Pl
11. (7.) Cultos autem fuiſſ
et ſimulacra adeo habuiſſe no
Nili tamen ſimulacra ſola e
pide fuiſſe refert Pauſanias 8,
adjecta ſimul cauſa, quod per
pas ad mare devolvatur. Cor
rat ibidem Pauſanias plura ap
phidios nobilium fluviorum ſi
et ſingulorum nomina dat Aeli
H. 2, 33. Templa etiam mem
fluviorum

Cap. IX.

1) *Quot fuere Ioves, vel alii in loco Dii Deaeque.*

Ioves fuere 2) tres. Primus in Arcadia, Aetheris filius, cui etiam

 3) Ae-

1) conferri hic debet Cicero de natura Deorum 3, 21. ſeq. cum commentario Daviſii, qui multa hujus capitis loca emendavit; ex recentioribus, ut alios taceam, Banier Götterlehre Vol. 3. 2) ita et Cicero de N. D. 3, 21. in. Principio Ioves tres numerant ii, qui Theologi nominantur. Duos item in Arcadia, tertium in Creta natum eſſe tradit. Discrepat tamen in eo, quod Arcadas fecit, vel Aetheris vel Caeli filios; Cretenſem Saturni. Et ſic Arnobius 4, p. m. 80. Lactantius divin. inſtit. 1, 11. Cum Ampelio tamen, quod monet ad Ciceronem Daviſius, conſentit Clemens Alexandrinus Protrept. p. 8. Sed et qui unum Iovem producunt, modo Cretenſem, modo Arcadem feciſſe, patet ex Callimacho in Iov. v. 6. Alii autem, quod ex priſcis Graecorum literis notat ipſe Cicero c. l. 3, 16. plures et quidam adeo trecentos Ioves obtru-

obtrudunt. Nempe quc
vius ad Virgil. Aen. 7
reges nomina ſibi plerc
bant Deorum. 3) A
apud Stat. Silvar. 3, 1.
hoc phyſicam explica
uti aetherius vinc
in Ibin v. 476. et o
de Iove. cf. Cic. de
Heraclides Ponticus I
Mythol.) 4) Cicero
quam multi a th
feruntur? Unus e
nepos Aetheris — I
p. m. 80. (adhibui
Hamburg. 1710. f.) H
ter et Lucetius
Cretenſes τὴν ἡμέρ

nius cognominatur, qui ex 6) Proſerpina Liberum patrem procreavit primum 7) victorum. Tertius 8) Cretae, Saturni et 9) Opis filius, optimus maximusque eſt appellatus. Martes fuere duo. Primus ex 10) Eno-

E 5 poſte,

hic indicat. Feruntur autem praeterea Caelus, Rhea, ſed nimis ſunt diſſona. 6) Hygin. fab. 167. Liber Iovis et Proſerpinae filius a Titanis eſt distractus, cujus cor contritum Iovis Semelae dedit in potionem. Cetera, quae ſubjungit, vel ex Ovidio nota ſunt. vid. infra. Cicero tamen c. l. dicit, ex Iove Aetheris filio Proſerpinam et Liberum natos eſſe. Et ſic plerique Proſerpinam Iovis filiam faciunt. cf. Heyne ad Apollodor. p. 32. Infra tamen noſter idem repetit. 7) notae ſunt Bacchi in Indiam in primis et expeditiones et victoriae. 8) quod plerique de Iove omnino ferunt, unde et Cretenſis, Creticus, in nummis Κρηταγενὴς, Κρητικὸς nuncupatur. Ejus etiam in Creta ſepulcrum oſtendebatur, quod quidem gravius caſtigat Callimach. in Iov. v. 9 9) alii Rheam etiam proferunt, etſi illud omnem antiquitatem teſtari adfirmet Boccatius in Geneal. *II, I. in.* 10) hoc nomen in Homero

mero ...
Enyo quidam tradiderunt apud ... nut. de Nat. Deor. c. 21. et Schol. parv. Homeri in Il. 5, 333. De Marte Leucarpi et Marsenio quoque nihil apud alios inveni. Leucaspis convenire Marti posset, qui Chalcaspis est Pindaro, et Marmessus Lycophroni. vid. Giraldus Histor. Deor. Syntagm. 10. Dukerus. De Enyo discrepantes opiniones respectu Martis fuisse docet Phurnutus c. l. Scholiastes autem Homeri a recentioribus poetis matrem eam Martis jactari et hinc Martem Enyalium dici diserte scribit. Ipse autem Homeri locus originem hanc non spectat, quippe qui Martem Iovis et Iunonis filium facit, ut Il. 5, 892. 896. Sed si vera est emendatio Dukeri, in altera verbi Enoposte parte, latere videtur Enyus epitheton ex Homero, veluti πτολίπορθος, πτονία, etf

nius. Secundus ex Iove et [11]) Iunone. Soles fuere [12]) quinque. Primus [13]) Iovis filius. Secundus [14]) Hyperionis. Tertius [15]) Nili filius, cui

 [16]) Ae-

valde corruptus ſic concipi poſſit: et noſter eſt Mavors ſeu Marspiter, et aliter Mars Enyalius. Quae quidem inluſtrat Macrobius Saturnal. 1, 19. Et ſic Enyalium paſſim Martem vocat Homerus, ut Il. 17, 211. 22, 132. cf. Macrobius Saturn. 1, 19. in. 11) haec communis fertur opinio. 12) totidem a theologis proferri adfirmat etiam Cicero c. l. 3, 21. cum quo in ſumma narratione noſter conſentit. Ceterum uterque Solem ab Apolline diſtinguit, uti antiquiores, veluti Heſiodus in Theogonia v. 371. et 918. etſi Graecos Solem et Apollinem eosdem habuiſſe refert Cicero de N. D. 3, 20. Ita nempe poſteriores voluerunt. 13) vide antea. 14) in hoc patre conſentiunt fere narrationes fabulares, non item in matre, quam Thiam vocat Heſiodus in Theog. v. 371. Pindar. in Iſthm. 5. in. et Apollodor. 1, 2, 2. Euryphaeſſam Homerus in hymno in Solem v. 4. 15) ſic dedi pro Nini, uti jam voluerat hic Dukerus et ante eum *Davisius ad* Cicer. de N. D. 3, 21.

ex

ex illo auctore et Arnobio lib. 4. p. 80. Neque tamen vel sic recte ren noſter et ad illorum fidem. Cic enim natum dicit Vulcano, Nili fi ut Arnobius, qui hunc Vulcanun Lemnio diſtinguendum eſſe mon 16) Cicero c. l. cujus urbem A gyptii volunt eſſe eam, qu Heliopolis adpellatur. 17) V go hodie et praeponitur, quod in xit Dukeri editio prima, antiquic cum prima ignorant. 18) Muncl ad Hygin. fab. 106. emendat: Z m theus, quod eſt Homericum Il. 39. (Σμινθεύς) Z enim paſſim pr poni reperitur, ut Zmyrna, Zmar dus — Erat autem illud Apollinis theton, cujus quidem variae cauſae feruntur. Daviſius tamen ad Cic

Medea et Phaethon nati sunt. Vulcani fuere quatuor. Primus [10]) Crio et Ioppe natus. Secundus [21]) Nili filius. Tertius [22]) Saturni et Iunonis. Quartus in Sicilia [23]) Meletis

 filius.

lum, sed et plures liberos Soli dat Hyginus init. Alium praeterea Solem, Oceani filium, commemorat Plinius 7, 57. (56.) cui Gellius medicinae inventionem ex melle adsignaverat. 20) Cicero d. l. cap. 22. Caelo. Sed de Ioppe nihil. Praeterea recenset etiam 4 Vulcanos. 21) Cic. ibid. Nilo natus. Ita et Arnobius c. l. Hoc vero Aegyptios jactasse scribit Diogen. Laertius prooem. §. 1. Addit Cicero Pthas, (de qua lectione vid. Davisius) ut Aegyptii adpellant, quem custodem esse Aegypti volunt. 22) Cic. c. l. tertius ex tertio Iove et Iunone, qui Lemni fabricae traditur praefuisse. In hoc patre plerique consentiunt. Quidam tamen sine patre genitum volunt ex Iunone, unde et ἀπάτωρ dicitur. 23) revocavi ex editione prima, quam sequuntur etiam aliae, ut 1657. 1702. Dukerus ex editione 1655. unde suam expressit, cum posterioribus Miletis, etsi utrumque per-

perinde eſt obſcurum. Cicero
tus Menalio natus, c
nuit inſulas propter Si
quae Vulcaniae nomin
vid. ibi Daviſius de hoc nom
ignoto et in libris varie prola
Cicero habet quinque, etſi 3 ta
eo commemorari falſo ſcribit
ad Virgil. Aen. 4, 577. Qua
men cum noſtro et alii nume
parentibus autem discrepant.
Cicero et Servius ad Virgil.
301. 4, 577. 26) Cicero: alt
lentis et Phoronidis f
vel, ut legendum ibi eſſe docui
ſius Coronidis filius. I
inveni ex Cicerone notaſſe Bo

lenii filius, qui 29) Aegyptiis litteras et

gentii Mythol. 1, 24. e Servio ad Virgil. Aen. 4, 577. (cf. ad 1, 301.) et Schol. Statii ad Thebaid. 3, 483. quamquam ibi et ad Albricum cap. 22. vulgatum quòque retineri posse putat. Dukerus. Vulgo nempe Quilleni legitur, quod et Davisius ad Cicer. c. l. in Cylleni mutandum censet, etsi Cyllenium, de Mercurio, a Cyllene Arcadiae monte derivare solent Grammatici. Commixtio autem literarum qu et c non est infrequens et ex antiqua pronuntiatione facile intelligitur. 29) ex iis, quae subjicit noster, adparet, hunc esse quintum Ciceronis, de quo idem sic: Argum dicitur interemisse, ob eamque causam Aegyptum profugisse, atque Aegyptiis leges et literas tradidisse. Hunc Aegyptii Thot adpellant, eodemque nomine anni primus mensis apud eos vocatur. Literarum inventionem et huic Mercurio tribuit Diodor. Sic. 1, 16. et plura alia, quae de Mercurio Graeco frequentius narrantur. Aegyptii etiam τὸν πατέρα τῶν λόγων praedicasse, docet Aelian. hist. anim. 10, 29. Alii aliquas tantum *literas* eum inveniisse concedunt.

Cum

Quintus, [illegible] filius Quintus, [illegible]) Ammonis

Cum noſtro conſentit
gil. Aen. 4, 577. „in
niſſe primum diſciplin
numerum dicitur, de
eriam menſis dictus eſt.
μὴν vocat Diodor. Sic.
cere Cicero habet tr
ſim etiam illud verbum
bere, praecipere occurri
legem, ſi ita intelligi
Cicero c. l. tantum 4. qui
tum in hoc ordine. Cui
ſentit plane Ariſtoteles,
Clemente Alexandr. in Pr
(ed. 16..)

bya natus. Dianae 33) tres. Prima, Iovis vel Croni filia ex Proserpina, quae est Liberi soror. Secunda, Iovis et Latonae, Apollinis soror. Tertia, quae vocatur 34) Opis, de 35) Glauca. Aesculapii 36) tres. Primus 37) Apol-

ca. 33) totidem et Cicero recenset, et omnino indicat Arnobius c. l. 34) vulgo Ops, in quo facile excidit i. Idem etiam vel Upis, quod perinde est, legi voluit Davisius ad Cicer. c. l. Nempe Οὔπις Ionibus, Ὦπις Doribus dicebatur. Sic Virgil. Aen. 11, 532. et 836. Opis, Cicero c. l. Upis, ubi sic: Tertiae pater Upis traditur, Glauce mater; eam Graeci saepe Upim paterno nomine adpellant. Ita vero Dianae comitem vocant, atque inde Dianam ipsam, unde nomen illi adhaesit, etsi alii alias nominis causas proferunt. Ita Lacedaemonios vocasse tradit praeter alios Palaephatus cap. 32, 6. Docta est de ea disputatio Spanhemii ad Callimachum in Dian. v. 204. quam consulant, quibus licet et lubet. 35) sic emendavi ex Cicerone, monente ibi etiam Davisio. Vulgo Glauco. 36) totidem *et Cicero c. l. cap. 22. fin.* Sed

non

non nisi in numero consi
omnino memorat Arnobii
Ἀσκληπιός. 37) Cicero
aliis Apollinis facit filium
cit, quem Arcades colant,
lum invenerit, primusque
ligaverit. In matre, qua
indicat, dissentiunt auctores
Arsinoe, aliis Coronis, quo
Schol. Pindari ad Pyth. 3
plura adfert testimonia. 3
nihil apud alios. An Apis
medicinam ab hoc inventam
luit: Clemens Alex. Stromat
(ed. 1641.) 39) Cic. c. l.
Arsippi et Arsinoae.
cippei (ita enim vulgo) I
conjecerat Alcippes, Sed
dum est, an quisquam

40) quatuor. Prima, 41) Caeli et Diei filia. Secunda, quae ex 42) ſpuma nata eſſe dicitur, et Aeris et Oceani filia. Tertia, quae Vulcano nupſit; quae cum Marte ſe miſcuit; unde Cupi-

ſaltem conſtat, in altero vocabulo deſiderari nomen muliebre. Hinc poſui Alcippes, quae occurrit in fabulis, etſi nihil illa ad Aeſculapium. Transiit tamen etiam in virile nomen apud Apollodor. 3, 14, 2. in quibusdam libris. Ciceronis Arſippi huc facere videatur, ſed obſtat Arſinoae et ſexus ordo hic poſitus. 40) conſentientes habet in numero Ciceronem de Nat. Deor. 3, 23. et Arnobium c. 1. Duas tantum ſtatuit Plato in convivio p. 182. (Vol. 10. ed. Bipont.) quarum una eaque πρεσβυτέρα καὶ ἀμήτωρ, ἣν δὴ καὶ οὐρανίαν ἐπονομάζομεν· altera νεωτέρα, Διὸς καὶ Διώνης, ἣν δὴ πάνδημον καλοῦσιν. 41) ſic emendant hic Perizonius et ad Cicer. c. l. Daviſius, praeeunte ipſo Cicerone, eosque ſecutus ſum. Vulgo Hacdeli. 42) res decantata. Inde etiam quibusdam Ἀφροδίτη dicta videtur. Sed hanc ipſam ex ſpuma ortam Cupidinis ſecurdi matrem facit Cicero, patrem Mercurium, quod ex parte de arcia adſir-

adfirmat noſter.
quarta Syria T
pta, quae Aſt
quam Adonidi
ditum eſt. Hinc
Tyri et poſt Ado
que reliqui, quia du
enim in Cicerone nul
tio notatur, Boccatius
log. 2, 53. ex Cicero
rem fuiſſe Syrio Cypr
quod explicat; ex Syri
pria muliere. Et ſic i
nerem Syri et Cypri
Adon autem Graeca
unde et Adonem in
tur Burmannus ad Prop
Sic Adon et Adon
Fulgentii Myrhol. lib.

um eſt civitas. Secunda, Nili filia, uam 46) Aegyptii colunt. Tertia, ovis filia, quae in 47) bellicis rebus e exercuit. Quarta, Solis filia, 48) quadrigas junxit. Quinta, Pallantis

c. l. Cicero autem et Arnobius hanc ex Vulcano Apollinis matrem faciunt, quae Athenas ſub tutela habuerit. 46) Saitae addit Cicero. Recte; Sais enim inferioris Aegypti metropolis, ubi Minerva colebatur, ut tradit Strabo 17. p. m. 551. (802.) Hinc Plato in Timaeo p. 290. (Opp. Vol. 9. Bipont.) urbis ejus ἀρχηγὸν vocat, et ab Aegyptiis Νηΐδ dictam eſſe addit. Sais habet Arnobius c. l. Illud tuetur Jablonski in Pantheo Aegypt. 1, 3. et paulo poſt ex Platone adfert etiam Arnobius. Templum, quod ibi habuit, pulcerrimum deſcribit Herodot. 2, 175. 47) vulgo fecillis, quae vox eſt nihili. Ita vero jam emendarunt Munckerus ad Albric. cap. 8. et Daviſ. ad Cicer. c. l. probavitque Dukerus. Res eſt nota. Hinc enim bellatrix, bellica, belligera — vocatur. Quidam tamen, ut Clemens Alexandr. Arnobius cc. ll. Saturni hanc filiam faciunt. 48) Munckerus legit: quae quadrigas i. et Daviſius: Iovis filia

filia pro Solis
Cicero sic: Quar
Cotyphe, Oce
Arcades Cori
et quadrigaru
ferunt. Clemer
bius cc. ll. referunt,
tre Messenios vocass
dam in Cicerone ten
ibi a Davisio. Alie
fert et emendat G
Deor. Syntagm. II.
Equidem vulgatam
sum in dubia auctor
49) patrem eundem h
trem omisit, quam v
Clemens Alex. c. I.
quae parram

[52]) quinque. Primus, ex Iove et Proſerpina. Hic agricola et inventor vini: cujus ſoror Ceres. Secundus Liber ex [53]) Melone, et Flora, cujus nomine fluvius eſt Granicus. Tertius

rebro Minervam natam eſſe fabulari ſolent poetae. 52) totidem et Cicero c. l. cap. 23. Alios unum tantum, alios tres proferre ſcribit Diodor. Sic. 3, 62. 53) Melone legit Munckerus ad Hyginum fab. 155. et ad Fulgent. Mythol. 2, 15. i. e. Nilo, cujus filium eum facit Cicero l. c. cap. 23. Dukerus. Melo enim etiam dictus eſt Nilus, ut tradit Feſtus p. 235. (ed. Dacheri) cf. et Servius ad Virgil. Georg. 4, 291. Aliis eſt Melas. Secundum autem ordine Dionyſium e Nilo natum eſſe adfirmat Cicero. Oſirim eum eſſe alii tradunt, in iis Herodot. 2, 144. Diodor. Sic. 1, 11. Poſſit etiam levi immutatione facta legi Marone, quem clarum vinitorem faciunt, et Oſiridis ſ. Bacchi in expeditionibus comitem, ſed, licet in genere ejus discrepent, juniorem tamen Baccho, quidam etiam ejus filium, vid. Euſtathius ad Homer. Odyſſ. 9, 197. et adde quos producit Weſſeling ad Diodor. Sic. 1, 18. Praetuli *igitur* prius, ne error obtrude-

truderetur Ampelio, ubi
Sed quid huc faciat G
ille Myſiae fluvius, obſcu
tamen etiam loca adiiſſe
Hellespontum ex Aſia
transiiſſe, refert Diodor.
cero: Caprio patre.
non dubitat, quin et ibi
dum ſit Cabiro. Sed
Dukerus. Nempe Dav
eam ſuſpicionem nullis rat
lis argumentis ſuffultam
hac igitur opinionum
ipſiusque rei obſcuritate
ctionem intactam reliqui, e
adſenſus eſt Erneſti ad Cic
55) Cicero: eum re

59) ſex. Primus Iovis et 60) Aetheris filius. Secundus 61) Nili filius, quem prin-

Niſo natus et Thyone, a quo Trieterides conſtitutae putantur. Inde Munckerus hic emendat: Thyonae, probante Daviſio ad Ciceronem. De Thyone etiam Diodor. Sic. 3. p. 117. (cap. 62.) Dukerus. Ita vero dictam ferunt Semelen, poſtquam conſecrata in numerum Deorum transierat. Quippe tum nomina mutare ſolebant. cf. Diodor. Sic. 3, 62. et 4, 25. fin. 59) totidem et Cicero c. l. cap. 16. a quo tamen in nonnullis discrepat, et Arnobius c. l. Tres tantum recenſet Diodor. Sic. 3, 73. Aegyptium, Cretenſem et Alcmenae filium. 60) Cicero: ex Iove antiquiſſimo et Liſyto, pro quo in antiquo libro Urſinus invenit Liſyca, unde conjicit Lyſidea. Poterant interpretes notare: Liſica, quod ex Tullio adfert Boccatius in Geneal. 2, 9. Nomen muliebre deſideratur, niſi quis et hac forma velit. Nihil tamen Ciceronis mater huc facit, imo Aetheris graviorem eam reddit dubitationem. Afteriae legi poſſet, niſi id quarto Herculi magis videretur ex Cicerone etiam accommodatum. 61) Ita et Cicero. Aegyptium

62) Cicero c. l. tert
Idaeis Digitis. I
ctylos vocant Graeci,
Hercules nomine primus
dos inſtituiſſe dicitur. Pa
7. (5, 7. in.) Diodor
(4, 14. in.) Dukerus. F
Idaei Dactyli Cretae pri
Idam, Cretae montem
Idam Phrygiae ponunt.
ro variant auctores, ſed
ad nominis originem acce
mares totidemque femi
dunt; praeſtigiatores po
miniſtros Cybeles. Plut
bo 10. p. m. 326. (473.
5, 64. ubi Weſſeling. I
mero cum fuerit Hercule
Idaeus vocatur, utrum

65) Cartheres, quem 66) Carthaginienſes colunt, unde Carthago dicta eſt. Quintus 67) Ioab filius, qui cum rege Medorum pugnavit. Sextus Iovis filius

threres, quod non intelligo. Ex Cicerone legi poſſit: Aſteriae, etſi id omnino omnibus aliis mythographis adverſari ibi monet Bouhierius, quippe qui Aſteriam Iovi reſtitiſſe narrent. (Hygin. fab. 53.) Attamen eosdem parentes memorat Athenaeus 9, 11. p. m. 392. An vero hic latet antiquum Carthaginis nomen? Certe Carthadam olim dictam eſſe refert Solinus 30. (27.) unde Punica dialecto Carthago factam eſſe exiſtimant, Salmaſius in Solin. p. m. 228. Bochartus in Chanaan 1, 24. Cicero tamen Carthaginem hujus Herculis filiam, non matrem facit. 66) Tyrius hic dictus eſt, ut ex Cicerone intelligitur. 67) Cicero: Quintus in India, qui Belus dicitur. Inde vero et Hercules Indus dictus eſt, Indorum lingua Sandes, ut indicat Nonnus Dionyſiac. 34, 196. de quo docta eſt explicatio Weſſelingii ad Hieroclis Synecdemum p. 710. Ioab nomen obſcurum et peregrinum verbum forte ex reconditae antiquitatis ſcriptore ducum.

Ἀλκμήνη dicatur. Ita ſemel què Hygin. fab. 29. 69) imo Atlas aſtrologiam docuit, ut Diodor. Sic. 4, 27. f. cf. et ad Virgil. Aen. 1, 741.

Cap. X.

De imperiis.

Imperia ab ineunte [1]) aevi ria fuerunt ſeptem. Primi reri titi ſunt Aſſyrii, deinde Medi, Perſae, tum Lacedaemones, Athenienſes: Poſt hos inde dones; ſic deinde Romani.

Cap. XI.

Reges Assyriorum.

Ninus Rex; qui [1]) primus exercitu prope totam Asiam sub se redegit, et clarissimam urbem nominis sui condidit [2]) Ninon. [3]) Belus Rex,

 Iovis

1) Diodor. Sic. 2, 1. *πρῶτος τῶν εἰς ἰσχυρίαν καὶ μνήμην παραδεδομένων Νῖνος.* Quod exercitu addit noster, primum illum bella finitimis intulisse indicat. vid. Iustin. 1, 1. Isidor. 18, 1, 2) *ἢ καὶ Νινευί.* Ptolem. lib. 8. in Asiae tabula 5. Nota illa est ex scripturis sacris. Moses Genes. 10, 11. si vera est sententia Bocharti in Phaleg 4, 20. eam esse dixit נין נוה i. e. Nini habitationem. Ejus magnitudinem descripsit Diodor. Sic. 2, 3. 3) a quo alii Assyriorum imperium auspicantur. Noster Iovis filium facit, alii ipsum Iovem adpellant, Saturnum alii, alii etiam Martem. Incredibilis omnino hic est fabularum varietas. De Belo autem Iovis filio Eustathius ad Dionys. Perieg. v. 1005. vid. etiam Herodot. 1, 181. 3, 158. De pluribus autem Belis egerunt Perizonius in origin. Babylon. cap. 5. Wesseling. ad Simsoni Chron. a. M. 1885. Salmas. *in Solin. p. 867. 872.* — Nempe Oriens

[illegible]
Nini regis. Cujus po[illegible]
gnum Nini ampliavit [illegible]
diam quoque 9) par[illegible]

Oriens popul: cond[illegible]
latum Belum vocab[illegible]
Iovis filio tradit Eu[illegible]
recep[illegible]
dationem, quam [illegible]
(scilicet tantum non [illegible]
filium faciunt) et [illegible]
Vulgo primum. [illegible]
Perizonius. Nempe [illegible]
alii adpellant, in his [illegible]
etsi in re ipsa disc[illegible]
ram notante Munck[illegible]
225. (non 225.) Gra[illegible]
e Δηρκέτω. 7) pro[illegible]
[illegible] notum est. [illegible]
Diodor. Sic. 2, 4.

peditione tentavit. Haec urbem pulcherrimam omnium, quae unquam fuerunt, Babylona conſtituit, ſupra flumen Euphraten. Sardanapalus, qui ob nimias delicias et luxuriam perdito regno, ne in poteſtatem hoſtium veniret, cum exoletis ſuis venenum bibit, et igni ſubjecto cum regia ſua [10]) conflagravit.

mum in editione Dukeri ſecunda, quam inde aliae prono obſequio reddiderunt. Repoſui igitur ipſa etiam hiſtoria jubente. Strabo enim 15. in. ipſam aegre cum 20 hominibus evaſiſſe ſcribit, cum magno adparatu bellum intuliſſet, quem deſcribit Suidas ſ. v. Σεμίραμις. 10) cf. Iuſtin. 1, 3. fin.

Cap. XII.

Reges Medorum.

1) Arſaces, primus Rex, qui everſas Aſſyriorum opes luxuria Sardanapali

F 4

1) Perizonius emendat Arbaces. Hunc enim *Medum* Aſſyriorum regnum obpreſſo

dicane pluribus narrat Diodor. Si
24 — 28. Ignorat Herodotus, et I
no 1, 3. f. est Arbactus. Is,
quit, imperium ab Assyriis
Medos transfert. Fuerunt
tem inter eum et Astyagem, qui
sequitur, plures reges, uti indicat I
nus, qui tamen etiam, ut noster,
tim ab illo ad Astyagem proc
Ita vero commemorantur ab aliis
joces, Phraortes, Cyaxa
2) Perizon. subplet: in Medos
est in Iustino c. l. 3) vid. pr
alios Iustin. 1, 6.

Cap. XIII.

Reges Persarum.

[2]) Scytharum regina, victus oppressusque esset. Cambyses, filius [3]) aeque Cyri; qui, cum LXX. millia hominum subegisset in Aegypto, et regem ejus Amasin, [4]) Aethiopiam profectus, magna parte militum per famem amissa, irritus rediit. Urbem tamen ibi [5]) condidit Meroen. Is

Scythae) et Iustin. 1, 8. ubi adpellatur Tamyris, quod nomen et alibi variari monuit ibi Bongarsius. Praestat tamen Τώμυρις vel Τόμυρις, ut erudite docuit Hemsterhus. ad Luciani contemplantes cap. 13. Tomyrin etiam in 2 Codd. Iustini legit Oudendorpius. 2) Asiaticorum; Massagetas multi vocant. De morte ipsa variatur. vid. ad Nepot. 21, 1, 2. 3) at nihil ejusmodi praecessit, cui responderet, nec si ad Cyrum in superioribus referas, quasi hic Astyagis fuisset filius, satis aptum est; fuit praeterea illius nepos. 4) forte excidit in propter Amasin. Ferri tamen, quod et monet Dukerus, vulgata lectio potest non sine aliorum exemplis. 5) urbem et insulam ex sororis suae vel uxoris (postea) nomine adpellasse tradit Strabo 17. p. m. 543. (790.) urbem in *insula illa condidisse* Diodor. Sic. 1, 33. Sabam

adiecutus, cum 9) CCLXX.
Europam 10) transivit.
Athenienſibus 11) ducenta m
12) Pſeudomarathona 13) dece

Sabam mutato tantum nom
caſſe Ioſeph. antiqu. Iud.
Ipſa autem inſulae cognoi
Aethiopum regia fuit. Hero
6) ejus deſcriptionem pere
9, 93. ubi brevi plura adſ
imo ſecundum Herodot. 2,
θρώσκων ἐπὶ τὸν ἵππον. Iu
gladio ſua ſponte ev
in femore graviter v
tus obiit. Et ſic Herod
cf. Iuſtin. 1, 10. 9) variat
mero, ut fit. 10) forma ha

tes, Darii filius, cum 14) receſſiſſet pater ejus, 15) aliquantis navibus armatis militibus in Europam transivit, 16) contabulato Hellesponto, et forato

F 6

ceps, ſed aliquot annis poſt. 14) forte: deceſſiſſet. Ita quidem vere, ſed languide. 15) pro aliquot, cadentis Latinitatis more, vid. ad Eutrop. 4, 27. (11.) Minus tamen vere, ſi vel antiquo uſu intellexit: ſatis multis. Fuerunt enim tanto numero, ut naves totum illud mare, terreſtres copiae litora obplerent. cf. ex multis Nepos 2, 2, 4. Armatis autem vitiatum videtur. Ut enim condonem auctori huic ingratum ſtructurae ſonum, quia ipſa aliquo modo intelligi poteſt, deſideratur tamen terreſter exercitus propter accuratiorem rei expoſitionem et connexum cum ſequentibus. Forte: ac multis. Sed friget. Friget etiam aliquantis. 16) ſuſtuli, obſecutus Dukero, diſtinctionem maximam poſt transivit, et poſui minimam. Ceterum de hac re idem verbum adhibuit Sueton. in Calig. cap. 19. cf. etiam Curt. 5, 7, 8. Alii aliter eloquuntur. Mela 2, 2, 84. *diviſas ſpatio pelagoque terras pontibus jungere.* Seneca

de

rediit, ibique [illegible]
terfectus eſt.

de brevit. vitae cap. 18. pontes jungere. Cicero bus 2, 34. ſimpliciter jung Cicero c. l. Athone (ut forma occurrit) perfoſſ fere loquuntur. Noſter re Sidon. Apollin. carm. 9, ptas cavernas vocat. nequidquam — inci ri. Victus — Quod rat Perizonius, neque aptus efficitur, niſi prol emendationem ſequaris; [illegible] templo, ar

Cap. XIV.

Duces et Reges Lacedaemoniorum.

[1]) Eurysthenes et Procles gemini, qui genus ab Heraclidis deducentes [2]) primi Spartae regnaverunt. Lycurgus [3]) legumlator, cui Lacedaemonii principes Graeciae per annos [4]) septingentos inniſi fuerunt.

 [5]) Theo-

1) ſic ſcripſi. Vulgo ſine adſpiratione. De re ipſa cf. Nepos 17, 1, 2. 2) ſuſtuli corruptionis turpem maculam adjuvante Meurſio de regno Lacedaem. cap. 9. et hic Perizonio. Nempe antea ſic legebatur: primis, parte regna regnaverunt. Cauſa corruptionis adparet. 3) ſic et Liv. 34, 31, 18. 4) vulgo: ſeptem inviſi. Sine ſenſu. Poſterius emendavit Perizonius in: inniſi. Prius ego commutandum putavi, ut ratio congrueret, ex Livio 38, 34. f. ubi: diſciplina Lycurgi, cui per 700 annos adſueverant, ſublata. Quam enim facile numeri corrumpantur, notum eſt etiam ex libris. Plutarchus in Lycurgo cap. 29. f. annos tantum 500 habet. Recte autem princi-

pes

pes Graeciae, quia ex reſponſi
oraculi Delphici tam diu illoru
tas floruit, quam diu ejus leges
runt. Plutarch. in vita c. 29. (
dor. Sic. in excerptis lib. 6.
(ed. Weſſeling.) Hinc illis ti
imperium Graeciae, ἡγεμονία,
quod quidem profertur ad I
usque Leuctricam, ubi duce Epa
da victi ſunt obpreſſique. Qu
dem valet ad computationem
chi. Livius profert ad tempus, (
noxii fuerunt Achaeis. 5) di
illo bello primo tuiſſe refert etia
ſanias 4, 7. 6) nempe ortum
9, 2. compoſitum 14, 1. U. C. 1
7) Waſſe ad Salluſt. Iug. cap. 1
locum ſine ferro et igne ſanai
deſperat. Itaque ſic legendum

qui Meſſenio bello, quo centeni, id eſt, quinquageni, concertaverunt, et 8) tropaeum ſuo 9) ſanguine ſcripſit. 10) Tyrtaeus, qui Meſſenio bello, ex ora-

quod quidem incidit in bellum Meſſenium. Deſcripſerat Chryſermus in libro 3 rerum Peloponneſiacarum, unde ſummam narrationem complexus eſt Plutarchus in Parallelis Gr. et Rom. Vol. 7. p. 219. (ed. Lipſ.) Nempe decreverant Amphictyones rem pugna utrimque lectorum hominum decernendam. Herod. 1, 82. 8) vulgo: trophaeum, uti ſolent recentiores librarii maxime. De re Valer. Max. 3, 2, ext. 4. ſic: Sanguine ſuo ſcriptis literis, direptam hoſtibus victoriam, tantum non poſt fata ſua in ſinum patriae cruento tropaei titulo retulit. 9) idem Plutarchus c. l. Inſcripſit autem Iovi. Scilicet cum duo Argivi ſuperſtites nuntium de victoria civibus ferrent, ille vulneratus ſe erexit remque perfecit. 10) vulgo: tertiusque ſine ſenſu. Illud vero reſcribendum putarunt praeter alios Meurſius in Miſcellan. Lacon. 2, 2. et Fabricius *in bibl.* Gr. 2, 11. p. 449. *(ſ. pag. 742.* ed. novae) Waſſe ad Salluſt.

bello, qui cum trecentis
niis apud Thermopylas
Perſici belli morte ſua

Iuſt. c. I. nec temere ali
bit. At quia hinc nov
cipit, ut in ceteris ejusmo
plenior eſt emendatio Pe
tis: Tyrtaeus qui —
bavit etiam Dukerus.
plures expoſuerunt. Ad
ſatis eſt laudaſſe Iuſtin.
etiam Berneccerus hunc
cum tractavit. Quae car
tulerunt, conlegit ediditc
tzius. 11) vulgo ex peſſin
ne prima cum ceteris:
vota. Tantum edit. 165

) obtinuit. Pausanias, qui Persico ello Mardonium, praefectum Xerxis, um pedestribus copiis apud 13) Asoum, Boeotiae flumen, debellavit: iox proditionis a rege suspectus dem 14) Mardonius,) ideoque accutus, in asylum Minervae confugit, t ibi fame confectus est. 15) Lysaner dux, qui dominantem toto mari classem

Aptissima videtur prior emendatio propiusque abesse a vestigiis Codicis. Quare recipere malui hoc, quam illud repetere. 12) imo: retinuit vel continuit. 13) Ἀσωπόν. Ita vero etiam Diodor. Sic 11, 30. — Plerique tamen ad Plataeas pugnatum esse narrant. Nempe prope ibat illud flumen. Ceterum olim vulgo: Ascopum, legebatur. 14) erravit judice Oudendorpio ad Ob'equ. cap. 110. Spurium censet Dukerus. Perizonius alterutrum statuendum censet. Pausaniae id accidisse constat ex Nepote, adeoque post Mardonii mortem, qui in proelio illo ceciderat. cf. 4, 1, 2. Inclusi igitur haec verba uncinis. 15) sic dedi pro vulgato Leander praeeunte Perizonio in adnotatis. Postulat enim historia, imperitusque librarius potius, opinor, tam gravitex lapsus

19) primus Carthaginienſib

pſus eſt, quam Ampeliu
go: Aegeos primus.
potamos, quod facile
probat, et voluerant jam
h. l. et Oudendorpius a
1, 18. ubi cum Tennuli
bus docet, urbem Cherſ
vicino flumine Aegos di
ſic noſter Graecam rati
eſt, qua conſtanter dicitu
μοὶ, non ποταμὸς, uti
apto ſenſu operae deſcrip
tis meis ad Nepot. 6, 1,
videtur ſcripſiſſe Ampeliu
dem imperiti librarii ad
torſerunt. 17) rector

s Regulum cepit. Ageſilaus, cujus ventum eſt, in hoſtili, [20]) quam in a terra, pugnare; ideoque in A[illegible]m iſſus, vaſtata ea, cum jam Regi imineret, revocatus Athenienſes apud) Crotonem vicit. Poſtea apud Conthios [22]) flevit, quod decem millia raecorum occiſa cognoviſſet, nec oluit Corinthum [23]) delere, cum offet.

CAP.

19) melius primo. Perizon. 20) ſupple potius, quod ſicuri magis in hoc nexu ſaepe ab antiquis etiam auctoribus omittitur, ut multi viri docti paſſim monuerunt. Exempla miniſtrant Plautus et Terentius, Cicero etiam et Livius, in quibus adeo augent Codices numerum. Amat Tacitus hanc ellipſin, nec infrequens eſt in Iurisconſultorum ſcriptis. 21) leg. Coroneam (*ει*) urbem Boeotiae. cf. Nepos 17, 4, 4. Ceterum elegans haec eſt et Latina periodus. 22) Nepos 17, 5, 2. ut commiſeratus ſit fortunam Graeciae, ubi vide, quae notantur. At multo decentius Ageſilai dolorem eloquitur Nepos, nec apud Corinthios editum dicit, quippe quorum urbem obpugnare *noluit.* 23) Perizonius, notante Dukero,

Athenas, et ex suo
pidas appellavit cives
se, quia [2]) indigena fi
bus [3]) serpens fuisse

kero, emendaverat:
rat addi Wasse ad Sallu
vult. Probat histori
quod antea legebatur,
stituitur. Dedi ergo

1) oppidum Cecrops a s
cropiam, quae nunc
Plinius 7, 57. (56.)
λις. Attica etiam ab e
cropia. 2) αὐτόχθω
omnino Athenienses. αὐτ
tandam gentis antiquitat
de

hthonius rex, qui myſteria 4) Eleu-
nae conſtituit. 5) Celeus cum
6) Eu-

γηγενῆ exprimere judicat. Et ſic apte pertinet ad αὐτόχθονα et quod alii Cecropem terrae filium faciunt, veluti Antonin. Liberalis in metamorph. cap. 6. in. Hygin. ſab. 48. in. Ita vero etiam judicavit Euſtathius ad Homer. Il. 2, 547. 4) ſc. Cereris, uti occurrit, vel omnino legendum Eleuſina, uti ſacra Eleuſina Iuſtin. 2, 8. in. At ſi alios audias de re, Panathenaea in Minervae honorem inſtituit. Ita referunt Eratoſthenes in cataſterismis c. 13. Apollodor. 3, 14, 6. — quamquam ad Theſea quidam referendum putant. cf. Plutarch. in Theſeo cap. 24. m. Pauſan. 8, 2. Neuter tamen repugnat, ſi quis ab eo potius aucta et propagata velit. Forte, quod jam olim factum eſſe docet Euſtathius ad Homer. Il. 2, 549. commiſcet Erichthonium cum Erechtheo, quem Eleuſiniorum etiam auctorem faciunt. Alii aliter praererea. 5) in Cereris erroribus aliquoties memoratur apud Homerum in hymno in Cererem v. c. v. 96. ubi Κελεὸς Ἐλευσῖνος vocatur, qualem etiam facit Apollodor. 1, 5. in. et v. 474. ἡγήτορε λαῶν. Conjungit autem noſter cum Triptolemo (ita enim pro Treptolemo legendum

rognen et Philome
9) regibus tradidit, u

gendum eſt) quippe c
ſiunt et proxime antea
gin. fab. 147. ubi etia
rex dicitur. Noſter a
Atticam, cujus urbs fi
Eumolpo legendum,
bat Dukerus. Hinc I
in ſacris Eleuſinis celeb
tes. Lux huic loco v
ex Pauſania 1, 38. ubi
pace inter Athenienſes
juſſos eſſe Eumolpum et
reri et Proſerpinae ſacra
Triptolemo vulgata eſt
rum a Cerere cum drac

gentes affinitate [10]) ſociaret. Theeus, [11]) Aegei filius, qui Minotaum interfecit. [12]) Demophontes, ejus

filiam conlocavit, poſt Philomelam, quarum fatum et mutatio ſatis celebratur. cf. Ovid. Metam. 6, 424. ſeq. etſi et haec fabula variatur. vid. Banier Götterlehre (ut omnino in his) Tom. 5. p. 368. ſeq. et, ſi copia datur, Heyne ad Apollodorum T. 2. p. 842. Quod quidam, veluti Strabo lib. 9. p. m. 291. (423.) Daulidis in Phocide regem faciunt, ubi etiam fabula illa originem ducit, explicat Thucydides 2, 29. Nempe tum Thraces illum locum incolebant. Hinc vero intelligitur, cur Daulias avis dicatur, vel Dauliades de utraque ſorore. 10) bellum enim tunc Pandion gerebat contra Labdacum, Thebarum regem. Apollodor. 3, 15, 8. cf. Ovid. Metam. 6, 424. 11) inde Aegides apud poetas. Vitam deſcripſit Plutarchus, res geſtas etiam tragici poetae tractarunt. 12) adhaeſit aliquid ex ſequente verbo, atque inde et illud male ſubplerum eſt. Lege: Demophoon, (ſic nempe meliores auctores, non Demophon) Theſei filius, ut antea eodem modo. Ita vero tradunt, veluti

Iuſtin.

pes populari cauſſa, tyrannid
vaſit, eamque [16]) juſtiſſime
ſtravit. [17]) Harmodius et

Iuſtin. 2, 6, 15. Hygin. f
59. — Hinc Graeci vocant
13) Iuſtin. c. l. qui a
Graecis adverſus T
tulit; quod repugnare vi
mero Il. 2, 552. qui Athenie
cem facit Mneſthea, ut et a
ſcriptio apud Plutarch. in Ci
At ſuccurrit ibi Euſtathius.
ἀπόπλεν, inquit, ϛασιάζοντε
ναῖοι προϊϛῶσιν ἄρχειν σφῶν Δι
τὸν Θησείδην. Capto Ilio a
iam adparet ex Pauſania 1
14) Iuſtin. 2, 5. f. pro ſal

on, homines plebeji, qui Hippian et Hipparchum, Pisistrati filios, saeve dominantes, facta conjuratione oppresserunt, ideoque ut conservatoribus [18]) divini honores eis sunt constituti. Miltiades dux, qui LXXX. millia militum Persarum Darii regis, praefectis [91]) Date et Tisapherne, in [9]) saltu Marathonio superavit. Aristides

Eorum historiam multi tractarunt; prolixe Thucyd. 6, 54. seq. — Variant tamen. Alii tyrannidem, alii tyrannum sustulisse narrant. Interfectus autem solus est Hipparchus, et ab ejus satellitibus Harmodius. Hippias postea exactus est, cum in Aristogitona omninoque cives crudeliter saeviret. 18) statuas illis positas fuisse multi commemorant. Effigies aeneas vocat Valer. Max. 2, 10. ext. 1. quas Xerxes Athenis devictis in regnum suum transvexit, post Alexander Susis repertas Athenienſibus remisit. Arrian. de exped. Alex. M. 3, 16. 19) Dukerus: Dati et Artapherne, quod constat ex Herodoto 6, 94. Nepote 1, 4. in. aliisque omnibus. Forsitan et legi possit: Datide. In Graecis enim Δάτιδος. 20) intelligitur ex Nepote

1, 5.

uno die vicit. Alcibiades genere, copia, opibus illu propter detruncatos nocte rios, reus factus, ad Laced

4, 5, 3. 21) δίκαιος. Sic C ſcet. Nepos 3, 1, 2. co Iuſtus eſt adpellatus. agnomen, quod alias co additum dicitur, et ſic mc infra de Phocione. 22) C altera Dukeri editione, quc dem poteſt, ut ſimilia, qua currunt, v. c. Iaſo, Aſcr raco — At aliquanto Cimon, quod et habet editi ceterae ad Dukerianam ſecu

ugit, 25) Peloponnenſi bello, et, feciſſet eos ſuperiores, afflicto- civium miſertus, rediit in pa-, et dux creatus, iterum 26) vi- s Athenienſes fecit. Thraſybu- qui triginta magiſtratus Lacedae- ios tyrannidis dominatione ſae- es facta conjuratione adflixit, et atem Athenienſibus reddidit. n dux, qui omnes Lacedaemo- m copias apud Cnidum 27) inſu- epit, et imperium maris Athe- ſtituit. Dion, qui 28) octo one- navibus Dionyſium, 29) regem ae, centum roſtratas habentem, in 30) Italiam abeſt, regno expu-

 lit,

rie de hoc facinore. 25) Peloponneſio vel Peloponnenſi. Dukeus. Scilicet vulgo ferebatur Peloponneſi. At Peloponnenſi eſt n prima editione; alterum fluxit ex dit. 1655. 26) pete uberiorem expoitionem ex Nepotis Alcibiade, et ſic n ſequentibus eundem Nepotem conule. 27) proprie fuit Cariae urbs in ornu pene inſulae. Mela 1, 16, 17. . Gnido. 28) in numero navium disrepant. vid. ad Nepot. 10, 5, 3. 9) *tyrannum* alii. 30) eadem ſtructura

a 29) Philippo potuit sufficere eum discederet: qui, adm amicis, ut liberis suis consu boni, inquit, erunt, hic a sufficiet: si mali, nihil.

ctura in hoc nexu etiam p quiores. De re Nepos 1 31) vulgo cum adspiratio amant librarii, Hiphicrat Nepote Cod. Leidens. 2. gitur ex Nepote II, 1, 3. N antea brevibus hastis uteren modum ille duplicavit. 33) addito opus esse judicat Du tenus recte. De re Nepos 34) mutuatus haec omnia

dux, qui 35) gladiatoria arte pugnare militem docuit: 36) Cypron et Naxon, et omnes Aſiaticas inſulas Athenis adjunxit, et circa 37) Chion navali bello occidi maluit, quam abjectis armis enatare. Demetrius Phalereus, vir bonus exiſtimatus, ideoque ob

notuit Philippus. 35) Nepos 12, 1, 2. obnixo genu ſcuto projecta-que haſta impetum excipere, ubi in fine athletis etiam talem ſtatum tribuit. 36) publice ab Athenienſibus Evagorae adjutor datus Cyprum bello devicit. Nepos 12, 2, 2. Proelio navali tum Gorgopan (*) vicit et occidit. vid. Xenoph. hiſt. Gr. 5, 1, 10. ſeq. De Naxo nihil Nepos. At narrant alii, in primis Diodor. Sic. 15, 34. ſeq. ad Naxum tum egregia pugna navali viciſſe Pollin, eamque poſt bellum Peloponneſiacum primam fuiſſe, qua Athenienſes ſuperiores diſceſſerint. Omnino adtigit Xenoph. hiſt. Gr. 5, 4, 61. Alias etiam inſulas, Peparethum, Sciathum, Lacedaemoniis addictas in fidem accepiſſe, refert Diod. Sic. 15, 30. f. 37) leg. Chion pro vulgato Thion, monente etiam Dukero, ex Nepote 12, 4. f. ubi rem iisdem fere verbis narrat. Poſui igitur. Attamen dolo quo-

rundam occiſum eum fuiſſe tr
dor. Sic. 15, 36. ſecum ipſe
vel corruptus potius, quia ſu
narrationem profert 16, 7. 3
εἰρηνικῶς καὶ πρὸς τὰς πολίτα
θρώπως. Vitam ſcripſit Pl
39) Plinius 34, 12. (6) dic
quot dies tum annus habebat.
9. p. m. 274. (398) ampliu
tis, quas quidem laceraſſe m
Plinius; Strabo mota invidia.

CAP. XVI.

Reges Macedonum.

Philippus, Amyntae filius, primus Macedonum obtinuit [1]) Thraciam, edegitque in ſuam poteſtatem; et, cum transire in [2]) Aſiam vellet, ſub ipſo belli apparatu in [3]) theatro a Pausania eſt interfectus. Alexander, Philippi et Olympiadis filius, ex urbe Pella Macedoniae cum [4]) XL. millibus militum in Aſiam transiſſet, Darium regem Perſarum primum apud Granicum flumen, tum apud Iſſum Ciliciae, tertio apud [6]) Arbela, tribus

